

NICOLAI COPERNICI

scrup. xxviii. Hinc etiam quæcunq; mediæ contingunt inclinations horum circulorum, eadem ratione, quemadmodum circa præcessionem exposuimus, inueniuntur.

De locis æqualium motuum æquinoctiorum, & anomaliæ constituendis. Cap. xi.



Is omnibus sic expeditis, superest, ut ipsorum motum æquinoctij uerni loca constituamus, quæ ab ali quibus radices uocâtur, à quibus pro tempore quo- cunq; proposito deducuntur supputationes. Huius rei supremum scopum constituit Ptolemæus, principium regni Nabonassarij Caldeorum, quod apud historiographos in Sal- manassar Caldeorum regem cadit. Nos autē notiora tempora secuti, satis esse putauimus, si à prima Olympiade exorsi fuerimus, quæ xxviii. annis Nabonassarios præcessisse reperitur, ab æstiua conuersione sumpto auspicio, quo tempore Canicula Græcis exortum faciebat, & Agon celerabatur Olympicus, ut Censorinus ac alij probati autores prodiderunt. Vnde secundū exactiorem supputationem temporum, quæ in motibus cælestib; calculandis est necessaria, à prima Olympiade à meridie primæ diei mensis Ecatonbæonos Græcorum ad Nabonassar ac meridiem primæ diei mensis Thoth, secundum Ægyptios sunt anni xxvii. & dies ccxlvi. Hinc ad Alexandri deceſsum anni Ægyptij ccccxxiiii. à morte autē Alexandri ad initium annorū Iulij Cæsaris, anni Ægyptij ccLxxviii. dies cxviii. s. ad medium noctem ante Kal. Ianuarij. unde Iulius Cæsar anni à se constituti fecit principium. Qui Pont. Max. suo tertio, & M. Æmylij Lepidi cōſulatu annū ipsum instituit. Ex hoc anno ita à Iulio Cæſare ordinato cæteri deinceps Juliani sunt appellati, eiç; ex quarto Cæsaris consulatu ad Octavianum Augustum Romanis quidem anni xviii. perinde Kal. Ianuarij, quamuis ante diē xvi Kal. Februarij Iulij Cæsaris diui filius Imp. Augu- stus sententia Numatij Planci à Senatu cæterisç; ciuib; appellatus fuerit, se septimo, & M. Vipsano Conss. Sed Ægyptij, φ biennio ante in potestatem uenerint Romanorū, post Antonij & Cleo-